Loca Lutheri vbi pessimè sentit de papatu.

In lib. de capti. Babilo. vbi agit de sacra.to peniẽ, ait, sicut
in illis verbis qui crediderit et baptizatus fuerit, saluus
erit, nõ tribuit potestas, sed ministerium, neqꝫ in his ver„
bis, quęcunqꝫ alligaueritis super terrã, et quęcunqꝫ solue„
ritis, uel remisseritis, nihil tangit potestatis, sed tm̃ mi„
niste.m absoluentis, et fides excitatur christiano, ut illo verbo
credat se solutum in celo, vbi videt fateri, nullam po„
testatem illis verbis dari, quęcunqꝫ alligaueritis &c. sed
tm̃ nudum ministe.m, constat autem illum esse locum
vnicum in quo fundat potestas iurisdictiõis Aplorꝫ et
successorꝫ eorꝫ quantum ad forum externum.

Item, vbi agit de cõfessiõne vocali et
de reseruatiõne casuum.

Dicit, gñaliter dictum esse illud, quęcunqꝫ alligaueritis,
omnibus et singulis christianis, et adducit illud, si duo ex
vobis cõsenserint. ex quo infert ipse potestatem ligandi
et soluendi in foro consciẽ et peccatorꝫ, esse cõem Pontifi„
cibus et laycis, hęc sunt verba eius.
Proinde non dubito eum á peccatis esse absolutum, quis„
quis siue sponte correptus veniam petierit, et emẽdaue„
rit corã quouis priuato frẽ. quare (inquit) monerẽ istos Prin„
cipes Babilonis, ut se temperent á reseruandis casibus, dein„
de de occultis audiendi cõfessiõnẽ facultatẽ permittant libe„
rimam omnibus fribus et sororibus, peccator, cui voluerit,
suum pecc.m reuelet veniam et solatium á verbo christi ex
ore proximi petiturus. hęc ille. Negat ergo potestatẽ ali„
quam habere pontifices ecclię ex iure diuino particulari„
ter sibi tributam, qua ab alijs discernant —

UGR Biblioteca Universitaria

Item in eodem lib. ubi de ordine agit

expresse dicit hoc sacram.^m^ s. ordinis, ecclesia christi ignorat, et quod inventum est ab ecclesia Papę. Ecce, dicit, inventione esse totum hoc sacram.^m^ ordinis, ac subinde Pontificiam potestatem, qui enim dicit, inventione ęe ecclię, ex consequenti negat, divino iure constare.

Item ibi expresse negat, ordinatos fuisse aptos in presbiteros, nec plus facere (inquit) ad hoc illud, hoc facite in meā cōmemo.^em^ quam illud, Ite et predicate euang.^m^ &c. et subiungit

Hac parte intravit tyrannis, quę sacerdotes semper voluit differre a laycis, et eos ut immundos habet, in preiuditium gręę baptismalis, ubi aperte affirmat omnes qui in chrō baptizati sunt, esse ęque sacerdotes. Et exponens quos ipse vocet sacerdotes, ait, ministros tn selectos ad predicandum, et ad sacramētandum sacerdotes dicimus, quia illis licet hęc facere, et alijs est prohibitum. et addit. Apostata, quo secernerent se magis a layc is, ut galli cibelis, sic multiplicatum est sacerdotium inter epōs &c. Sed nihil eis manet sinō predicent, nā eucharistiam offerre, hoc sacram.^m^ percipere est, unctionē hanc et pueri habent, et sic discurrit per omnes actus sacerdotij, quos facit cōmunes, concludit, omnes baptizatos ex ęquo esse sacerdotes et ex consequenti nullam esse dīam. inter epōs, sacerdotes, et laycos. Verum (inquit) nō licet quēcumque nisi ex cōsensu cōmunitatis, aut vocante maiore predicare verbum dei, itaque de toto sacerdotio, et pōtestate ordinis cōcludit tantum esse munus predicandi. quare nulla re distinguitur epūs a sacerdote, aut a quovis layco.

Item libro de abroganda Messa.

Dicit, hierarchia illa ecclesiastica summi Pontif. epōrum et sacerdotum similis est gentilitiis institutioni de eligendis sacerdotibus Iovis, Veneris et Saturni. certe qui sic loquitur de potestate hierarchica nō solum eam negat, sed damnat.

Item

Item in Responsione contra Catharinum

Expressè negat claues Ecclesiæ ad aliquam singularem personã pertinere, nisi sit sanctus, ut fuit Petrus, sed ad solam Ecclesiam in Spiritu edificatam pertinere, neq; per successionem dari. hæc sunt uerba. Quam cito (inquit, non dederis mihi Papam sanctum, tam cito non dedisti mihi petram, neq; Ecclesiam. sed sentinam peccati Si ergo ad nullam personam pertinent claues nisi sit sanctus. ergo neq; ad Episcopos per successionem ex Diuino iure competunt; rursus ibi ostendere uolens, ubi sit Ecclesia et assignãs notas eius ait, Euangelium et Ecclesia nesciunt iurisdictiones, quæ non sunt nisi tyrannicæ hominum inuentiones solum, scit charitatem, seruitutem, et non potestatem; qui Euangelium docet, ille Papa est, qui non docet Iudas est, et Christi traditor. Ecce expressè negat potestatem iurisdictionis eamq; tyrannicam esse hominum inuentionem. Cum autem Episcopalis potestas ex potestate iurisdictionis constet, sequitur hac parte Episcopatum esse tyrannicam inuentionem, secundum istum

Item in disputatione facta Witenbergæ anno 1520. hæc uerba habet

Prædicationis, præcipua et sola a Christo Apostolis est facta cõmissio, huic si Episcopi non paruerint, non modò Apostolorũ non sunt successores, sed Christi desertores

Rursus in alia disputatione, quam habuit Witenbergæ 1521 Ubi loquitur de ijs, qui sunt alligati uoto, et religioni; expressè dicit. Nec quemq; mouere debet si ordinatus sacris (quos uocant, fuerit illaruatus; nihil enim aliud ordines illi sacri sũt, quam laruæ hominum Deo ignotæ.

Item in alia disputatione anno 1536. de potestate Episcoporũ sic dicit. Nulla authoritas post Christum est Prophetis uel Apostolis æquanda, cæteri omnes successores discipuli illorũ debent

UGR Biblioteca Universitaria

uocari: Et tertia assertione eiusdem disputationis, dicit. Apostoli certá promissionem Spiritus-sancti in specie et indiuiduo habuerút. ideo soli fundamenta ecclesiæ uocantur. sed nulli successores in indiuiduo certam hanc habuerunt. Quare, inquit, non sequitur. Apostoli hoc potuerunt facere ergo et successores eor. Ubi infert quod Episcopi in Concilio congregati possunt errare. et quod casu non errant. Ecce negat Apostolis succedere Episcopos in potestate, maximé iudicandi de doctrinis

Rursus in Comentarijs ad Galathas

Super illo, y qui uidebantur aliquid esse nihil mihi contulerút. expressé ponit hanc propositionem, quæ destruit omnem hierarchiam Nullus Apostolus maior est alijs. neq est in Ecclesia prærogatiua aliqua

Rursus in Postilla super Euang.m Joannis

Exponens illud Accipite Spiritum-sanctum. quorú remiseritis &c dicit. Hæc potestas cuiuis ex æquo Christiano data est postq suæ uirtutis, et potentiæ nos omnes consortes effecit Christus. Et infra uniuersis ex æquo Christianis hæc potestas tribuitur. Tametsi quidam hanc ipsam sibi tantum datam uendicauerút. Ut Papa, Episcopi, et sacerdotes. qui aperté citra pudorem hanc sibi tantum tributam potestatem effecerút Post uero ait. quilibet ergo Christianorú, horum qui credit, eandem potestatem habet quam Papa, et Episcopi, ecce negat peculiariter datam potestatem Episcopis, Papæ, et sacerdotibus.

Item super capite Joannis decimo

Super illis uerbis, Qui non intrat per ostium. Et oues pastoris uocem audiunt. duo, inquit, in hoc textu obseruatu digna sunt. libertas credendi, et potestas iudicandi. Nouistis quod psychotyranni animicidæ nostri (et loquitur de Episcopis

in

in gne ) docent, quod quicquid Concilia, summi Doctores decreuerint, et exposuerint, nobis suscipienda sunt: neq iudicandu an ne bonum uel malum sit, qui adeo sit securi, ut statuant hodie amplectendam esse per excommunicationem, quicquid illi dixerint. id quaeso probè perpendite quod omnibus tradita sit potestas iudicandi, quicquid etiam ab ijs proponitur, ut dicere queant, Christus nobis dominus est, eiusq uerbu prae omnibus accipiemus, illum Christum capiemus, ac sententiam feremus, num recte faciat Papa, et Episcopi, et eorum assecle ait namq Christus, pecudes iudicant, et agnoscut, quae uera uox sit, aut quae non uera. Adducat ergo si quid decreuerint, et uidebimus an ueritati consonum sit. Et paucis interpositis in eodem capite. Hic destruit uniuersa concilia, et omnes Pontificias leges, et quod nihil absq iudicio recipere debeamus: immo iudicandi quaecunq potestas nobis facta est. Idem ferè repetit exponens illud Matthaei Attendite a falsis Prophetis &c. Unde patet potestatem hanc iudicandi de doctrinis, quae propriè Episcopalis dignitatis est ) communem iudicari a Luthero omnibus ex aequo Christianis

Ex quibus omnibus locis, et alijs qui afferri possut, constat Lutherum non negare Epis hanc potestatem remittendi peccata excommunicandi, consecrandi, et de doctrinis iudicandi propterea quod male utantur ea, sed simpliciter ipsam potestatem non esse in Ecclesia, nec ut Ecclesia intelligit, sed coem esse omnibus Christianis

---

Brentius super Esaie caput 59

Tractans illud Spus meus qui est in te, et cetera ait haec uerba. Cu manifestam promissionem contineant assistentia Spiritus sancti: cum uideant ueram Ecclesiam hoc se tueri, dicut hanc promissionem datam esse Ecclesiae, ut quicquid statu

UGR Biblioteca Universitaria

erint, aut decreuerint Pontifices, qui gloriantur se Aposto„lorum successores esse, et capita Ecclesiæ, hoc excipiendum hoc deosculandum sit ut oraculum Spiritus sancti cum nihil certè minus sit. Primum enim nondum confessum est eos Pontifices qui sunt, in regno Papistico esse ueros Apostolorū successores, uel uera esse in Ecclesia nedū capita, qui persequuntur doctrinam ab Apostolis traditam. Spiritus-sanctus promissus est Ecclesia„ hoc est agnoscentibus doctrinam Apostolorum. Quibus uerbis expressè negat Episcopos successores esse Apostolorum, neq promissio„nem ullam Spiritus-sancti peculiarem habere, sed comunē cum omnibus credentibus.

Caluinus in Cōmentarijs sui Catechismi ubi loquitur de ordine.

Expressè tenet Episcopos sola dispositione humana esse supe„riores sacerdotibus, et gratia solum uitandi schismatis illis esse superiores, innixus uerbis Hyeronimi in ep̄la ad Euagrium. Et in cōmentarijs Ep̄la ad Titum. Hoc dicens et in rigore uerbum Hyeronimi accipiens, quæ quam nullam patiuntur glossam. Et hæc sunt, quæ perfunctoriè de erroribus hæreticorū super Episcopatu colligere potui, ex ijsq alias notaui dum perdiscerem eorum libros euoluerem

---

Caluinus institution. lib. 4. c. 3. manifestè asserit, nu„llam esse distinctionē muneris ep̄oꝝ et presbiteroꝝ, solum noīa ēē diuersa, quę tn̄ sępe confundant.

Idem, Musculus in lib. de locis cōibus titu.° de ministris Verbi dei, addit qꝫ consilio humano factum esse, ut

Ep̄i

epi superiores essent, non dominice dispositionis verita-
te, et hoc consilium à spu sto nô profectum. nam huic
debemus (inquit) omnê principalium et equestrium epis-
coporum insolentiam, opulentiam atque tyrannidem, immo
ôium ecclesiarum christi corruptionê./

centuria 2ª cap. 7. col. 126. habent ista verba, unde
liquet (inquiunt) episcopatum non tam divina institu-
tione quam humana authoritate, propter bonum ordinê
et edificationê ac successionê gradu presbiteris su-
periorê haberi.

conradus gesnerus lib. ulto Pandectarum universalium
.90. titulo 5. de epis, citat opus lutheri sub hoc titulo, ad-
versus ordinê falsò nominatum eporum./

Joannes faber in lib. antilogiarum lutheri c. 45. citat
ipm in sermone de excoicatione dicentem: epi sunt
Apli Antichristi, et in lib. côtra falsò noiatum statum
ecclie dicentê epos sunt indocte larve Papales, que so-
lum ad veritatem opprimendam create sunt, sicut et
creator ipsorum; ideo deleri debet eporum regimê, et devas-
tari epatus.

Luthernus in lib. dicto resolutio sup ppositionib. 9. 13. de
ptate Pape, qui est 1. to fo. 311. in fine illius sic ht.
concludo ôis sacerdos in arlo mortis et neccessitatis
est eps, est Papa, habens plenissimâ plenitudinem
ptatis super côfitentem, ut tenet sentia côis totius
ecclie, et ex B. cipriani eplis eru denter colligitur;
ergo nec Papa est epis, nec eps est supior presbitero iure
divino, tenet côseqª quia ius diuinm est immutabile
tam in vita qm in morte —

Item Lutherus in de abroganda Missa privata Tetu.° Antistes episcoporumque et sacerdotum Papisticorum qui est 2.° to. fo. 472. sic habet, concludimus itaque cum fi- ducia vos iuxta divinas literas et decretum Spiritus Sancti neque esse neque dici episcopos, sed magis adversarios et vastatores tam episcoporum quam decreti divini de episcopis con- stituendis, estis vero episcopi vocatione Satanae et constitutione Apostoli eius, Papae, unde et recte voca- mini creaturae Papae non Spiritus Sancti, qualis creator ta- les creaturae /et ibidem non sunt illi episcopi sed idola, larvae, monstra et portenta irae dei.

Lutherus in praefatione epistole D. hiero. ad evagrium to. 4. fo. 413. ait, Nam hic vides tempore hieronymi gieu et Amb. et Aug. nullum fuisse Archiepiscopum in ecclesia, nullum Patriarcham, nullum Primatem, nullum metropolitanum, multo minus Papam seu oecumenicum Pontificem, sed omnes erant episcopi inter se aequales, deinde ipsi episcopi iidem qui presbiteri et econtra.

Lutherus in confessione fidei exhibita Carolo 5.° anno 1530. de potestate ecclesiastica 4. to. fo. 203. sic ait. Porro si modo evangelium seu ut loquuntur de iure divino, nulla iurisdictio competit episcopis ut episcopis, hoc est his quibus commissum est ministerium verbi et sacramentorum nisi remit- tere peccata /. Multa alia similia aeque clara et aperte hic et et innumeris alijs in locis dicit /.

/et quid si no[n] iure.[…] ... […] […] […] damnadi /.

Lutherus. in accusatione pontificum noie. est facta ano. 1534 spectato g. clemente. 7.
ait vna cum suis complicibus cardinalibus et epis professis in sua [illegible] 4. tract in
3o. tomo suorum opum. fo. 496

Primo qui potest negare sacramentum ordinis et confirmationis esse a Christo institutum et sic iure divino [illegible] et negaret ministros esse
iure divino esse episcopos / atque et poruit hac ceremonias quas nos sacra vocamus humanas esse et
ablatas constitutas / tamen destinimus ea esse vera sacra instituta a Christo. quid nisi destinimus ministros
episcopos esse et esse a Christo. / ita ne fuit tota synodus decepta sub julio. 3o.

ministerium sacri et sacramentum simul ponuntur et tolluntur / / ordinem esse sacramentum negat luth. caluinus
et bucerus. et reformatores / zuinglianj /

luthe. c. 40. sup esa. super verbum zion que euangelisas ascende. ministros dei vocati ad euangelium sunt
euangeliste et ita ministerium solum verbi nimirum sacerdotes et laicos est non juris /

Lutherus. contra latomum. to. 2. fo. 403. deus enim negat hoc vulgus pontificum quod hodie regnat
cum solos euangelistas et sibi ministros ordinavit in ecclesia sed non per homines constituti sunt immo
seipsos erexerunt inimicis deo et hominibus. /

in responsione ad articulos wormatie damnatos. 2. tomo. fo. 442. / collectos contra. et si
[illegible] hodie perdurent roma non tamen esse papa nam papa et remissa in mundo neque fuisse
neque futurum esse sed fingi. luth. hoc adhuc dico et contrarium per scripturas non potest probari.

Lutherus in lib. de abrogāda missa priuata, qui est. to. 2. fo. 472.
/ tale est, inquit, quod agitur in epis istis gloriosis et infulatis, quos
tamen abest ut deus agnoscat, ut nullum genus hominum in terra
diuine magestati magis aduersum esse possit, non. enim. solum citra
dei prescriptum, sed et directe contra deum directi sunt et regnant
quod et euidenter et inuicte monstrabo his qui scripture credunt. /

luthe. in tractatu. dicto. resolutiones super propositionibus suis lipsie disputatis. ano. 1519. in. to. suo.
opum. fo. 294. propositione. 5. ait cum. enim. presbiteri et epi iure diuino sint idem et olim
idem fuerit dum populus curam haberet predicando et ministrando: non video quo iure
epi vetito officio presbiteris jus tamen presbiteros secum ascendendi sustulerunt. hoc ille

luthe. sup. 1am canonicam pe. 2. c. super illa verba sit sacerdotium. dicit presentes nostri epi nihil aliud
sunt quam idola quedam et inanes personas: quales sibi pueri epos in festo diui nicolai constituunt
ut autem est eorum sacerdotium ita sunt et eorum leges sacrificia opera via apostolorum aduentum ad
vocandos [illegible] alibus illis diebus quibus in sacra tua quadragesima cum [illegible] a se
plebe insolentius quam alias solet fieri.

UGR Biblioteca Universitaria

UGR Biblioteca Universitaria